



APVD INCLYTAM

ERASMI  
STELLAE  
LIBONO

THANI DE BORVS/  
SIAE ANTIQVI-  
TATIBVS LI/  
BRI DVO.

GERMANIAE BASILEAM.

SEBASTIANI MIRITII REGIOMON  
TANI HENDECASYLLABON.

Cæcis dalmaticum latens metallum  
 Antris, sydereum licet colorem  
 Aequet, nullius æstimationis  
 Est illud tamen, eruatur imis  
 Terræ uisceribus nisi seratis.  
 Sic Borussia dotibus beata  
 Quâuis innumeris sit, omnibusq;  
 Certet fertilibus locis, amœnis  
 Diues fluminibus, genus refertis  
 Multis piscibus omne, diuaganteis  
 Gignat saltibus inuñs ferosq;  
 Felix alipedes, uel eruditis  
 Græcis, tempore inagnitos peracto,  
 His & dissimiles parumper Alces,  
 Aspectu horribicos, creans & Vros,  
 Necnon omnigenis feris abunder,  
 Quarum pars melior tenetur ipsa  
 Pellis, principibus uiris gerenda.  
 Hic & succina donet æstuosus  
 Quâuis oceanus uelut tributum  
 Lethæis tamen hæctenus latebris  
 Hæc merfa, indigenis modo patebant:  
 Ad lucem retulit sagax supernam  
 Cuncta hæc, omnibus offerens legenda  
 Paruo hoc Stella libro haud inelegantet.

# AD ILLVSTRIS

SIMVM PRINCEM FEDERICVM SACRO  
sanctæ militiæ ordinis diuæ uirginis Teutho-  
nicorū protomagistrum, Saxonix du-  
cē, Thuringiæ Langrauiū, ac Mar-  
chionē Missinæ, Erasmi Stellæ  
Libonothani in antiquita-  
tes Borussix, præfatio.



TSI VEREOR FEDERICE PRIN-  
ceps res Borussicas altius & à prima  
origine repetiturus, antiquitatem in  
his quæ usq; eo latuit, ueluti ex cauea  
in scenam theatrumq; producturus,  
multorū risus, ronchos & cachinnos  
denuinq; explosionem magis q̄ applausum legentis  
turbæ me incursum, tum quod id secum ferat anti-  
quitas, ceu Aristoteles in problematis, perhibet, ut res  
anilibus fabulis simillimas narrare uideatur, tū quod  
res Borussix diuturna barbarie, sine ullis literarum mo-  
numentis quasi perpetuis tenebris mancipatæ, & in  
ipso lethæo demersæ, penè obriguisse extimantur,  
adeoque concretæ, ut etiam phœbeo calore agitatae,  
uix incallescere possint, quo iterum lucem solemque  
admittant. Verum dum hij Blaterones tuam celsitudi-  
nem istius ludi Agonothetam in Orchestra conspexe

rint, sub cuius umbraculis me in hanc scenā prodijisse  
 pernoscant, forte ne lingulaces infreniq; ore à te sapiē-  
 tissimo principe iudicentur, maledictis temperabunt,  
 simul & nasum continebunt, Qd si necreueriti tuā ma-  
 iestatem, effrenatāq; lingua, uerbis nō aquis defluāt,  
 malignitatis quoq; aculeos haud recōdere uelint, imo  
 blaterare malint, nihil est quo phorrescere oppido pos-  
 sum, ut cœptam scenam interturbem. Ronchisent hij  
 nasutuli, obstrepāt, clament, arguant, criminent, exhibi-  
 lent deniq; dūmodo tibi plausibilis, lepida, ac iucunda  
 nostra actitatio uisa fuerit. Antigonidas olim musice  
 artis peritissimus, cū discipulo, in arte pbe instituto, po-  
 pulo tamē nō admodū grato, in scenam progressus, cū  
 ctis audiētibus dixisse fertur, Mihi cane & Musis: quia  
 uidelicet ars bene cœpta, quācūq; populi lenocinio desti-  
 tuatur, iusta tamen comprobatione non exiuit. Sed  
 ut tandem his respōdeam, qui longo petitas historias  
 calumniant, ceu minus fidei illis insit, cæcutientibus id  
 forsan euenit & noctuinis oculis, sed penes clare cernē-  
 tes, plus dignitatis antiquitati inesse, nemo sanæ men-  
 tis ambigit. Ne quoq; res Borussicas, ceu sempiternis  
 tenebris obnoxias, & minime ad solem lucemq; ex cali-  
 ginoso uetustatis recessu redituras, possint argumenta-  
 ri, meminerint saltem quæ de Hercule ferūtur, qui Cet-  
 berum tricripitem ab inferis, solemq; hunc nostrum ac  
 calorem ferre coëgisse dicitur, Threiciū & uatem rā-  
 ptam sibi

ptam sibi Euridicen ex tartareis sedibus diuina sua sua  
 uiloquentia eduxisse. Ob id nec inficias eant locutulei  
 res Borussicas quantumcunq; umbra uetustatis conte  
 ctas, ac rubigine obductas, imo in abditissimos recessus  
 actas, curiosa indagacione non posse, non restitui,  
 ex noctisq; caliganti nebula eximi, ac claritate diei illu  
 strari ornariq;: Quum hæc ipsa indagatio puta indu  
 stria, unica ab omnibus esse asseritur, cui nihil inaccessi  
 sum, nihil oclusum relictum sit. Hæc, res quomodolibet  
 obstrusas, & in penetralibus reconditas elicit, expri  
 mit, & promit. Hæc cælum petit, & subterranea regna  
 subintrat, maria scrutatur, oculis subiicit quicquid usq;  
 latet, sepultumq; est. Illa ipsa Homerū cæcū plus Argo  
 mille oculos habente uidere dedit. Hæc Zeusim Hele  
 nam nuncq; à se uisam tanta uenustate depingere do  
 cuit, ut eius forma digna iudicaretur, propter quam tā  
 tum laboris subiisset Græcia, & alta Pergama ruerent.  
 Hæc Phidiam statuarium dignissimū, simulacrum Io  
 uis exprimētē eo usq; euexit, ut diuinitatis effigiem  
 è cælo mutuatus diceretur. Hæc eadem fores antiquita  
 tum Borussicæ uectibus è cardine semotis, ut paterent  
 effecit, extrāq; latebras, quicquid de his obuallatū fue  
 rat, produxit. Hæc adminiculatrice ex imo Lethæi flu  
 minis cœno hæc ipsæ conquisitæ erutaq; sunt, & utcūq;  
 à sordib; deterisæ, sese ceu postliminio reuersæ, tuis lu  
 minibus conspectuicq; illustrissime princeps primum

ostentantes, te ut felicem moderatorem suum salutāt,  
 ut patrē patriā uenerantur. Et quicquid usquā in se-  
 cundio rem sortem, faciēq; splendidiorem commuta-  
 tum, ceu feruē singula, aspexerint, id totum tibi sacrō-  
 que sanctā militiā, cuius tu magister, imo dictator per-  
 petuus extas, tribuunt, quod si sunt qui te circūstant &  
 has ineffigatas, rudesq; Borussiā imagines, toruis lu-  
 minibus respexerint, abigendasq; duxerint, quod sine  
 cultu ornatiori, & penē inuestes in hunc augustissimū  
 confessum productā sunt, his responsum sit. Fœminā  
 probam pigmenta fucūq; non decere, nec orationem  
 fidem habituram unguenta usq; adeo redolere. Logo-  
 graphis id tribuimus, ut quodcunq; suauius quā ue-  
 rius narrent. Nos in his commentariolis sine fraude,  
 omni apparatu orationis seposito Borussiā antiquita-  
 tes exposuimus. Ut si qui futuri sint, cultiori sermone  
 res Borussicas uolentes, hinc sumere possint quod or-  
 natum iri tantopere uelint. Nuda nancq; hęc oratio fa-  
 cile quem quis imponet cultum perferet. Ut autem fi-  
 dem sine scoria habituri sint hī nostri cōmentarioli ue-  
 rustate & carie oppleti, ipsos ex præclarissimis rerū scri-  
 ptoribus elucubratos esse fidē facio: Plinio scilicet, Soli-  
 no, Pōponio Mela, Cornelio Tacito, Strabone, Ptole-  
 mæo, Ex Neotericis Gordano, q primus res Gotthorū  
 literis mandauit: nostro Alberto Magno, q has inuissit  
 & peragrauit: Othone Freisingēsi Episcopo, q quinq;  
 imperatorū

imperatorum Rom, res gestas luculenter scripsit. Hel-  
 modo Lubicensi presbytero, qui res Sclauorum haud  
 ineleganter prosequutus est, Borussicas simul attigit:  
 Blondo Foroliuiēsi: Aenea Syluio. Et præter hos quic-  
 quid annales Borussiae usquàm uetustatis habuere, ple-  
 raquè etiam per acceptionem. Nam apud Valeriū Ma-  
 ximum locus est, quo res suo sæculo cognitæ & absq̃  
 literarum monumentis conseruatas manare ad poster-  
 ros indicantur, sola scilicet traditione patrum. Id genus  
 disciplinae Hebræis etiam usitatissimū est. Huiuscemo-  
 di innixus fulcimentis commentariolos nostros non te-  
 mere ædi posse arbitratus. Ne autem manus nostras  
 excedentes absq̃ patrocinio uagabundi errent, ipsos  
 nomini tuo illustrissimo dedicandos duxi, tum quod  
 neminem magis, rerū Borussiae cognitio deceat, quàm  
 Borussiae principem, tum quod pari tutela hac nostra  
 ætate, ac prisca Borussia fruatur. Quum igitur princeps  
 illustrissime simul & inuictissime à curis publicis feria-  
 tus fueris, frequenti quoque ueterum, quibus inhias, le-  
 ctitatione satiatus magisquàm lassatus, etiam domesti-  
 ca peculiariq̃ inuisas, legasq̃: subinde agnosces in his  
 Borussiae, præter ueteres eius limites, uarios ipsius cul-  
 tores, crebro enim illinc migratum est, aliquorum ma-  
 iore numero cogente, moresq̃ uetustiores. Quos si  
 ad præsentem accommodabis, non obscure lucebit quan-  
 ta sunt, quæ sacrosancta militia Teuthonicorū in Bo-  
 russia

8 ERASMI STELLAE EPIST.  
russia egerit. Optimo enim iure gloriari poteris eam  
quam patres regionem barbaram, incultam, asperam,  
idolatram, scædam, ac rerum omnium inopem accepe-  
rant: illam ipsam, splendidam, cultam, ciuilem, opulen-  
tam, humanam, & quod maximum est Christianam  
reddiderunt & relinquerunt. O felix nimium Borussia  
si sua norit bona illo principatu. facile demum illustris-  
sime princeps deprehendes, quàm iusto dei iudicio Bo-  
russia ad Germanorum redierit incolatum, Quæ Ger-  
maniae & pars sit, & Germanis à rerum exordio debi-  
ta, inhabitata: luculentissimorum scriptorum testimonio,  
Cur me iudice indigne iterum à quibuscunq; alijs gen-  
tibus habitatur administraturq;? Ego aut̃ hanc scribē-  
di prouinciam, non tam mea sponte, quàm iussu uene-  
randi antistitis Iobi Pomesaniensis, à nullo antea ten-  
tatam accepi, ut meo Marte aduersus quoscunq; ali-  
ter de Borussiae finibus & populo sentiētibus, ceu pro-  
aris & focis dimicaturus sim, ultima potius ppeti cert-  
q; ignauiter cessurus. Te igitur principē inuictissimū &  
ad arma pgenitū pro tua uirtute rogo, ne desistas au-  
xilia ferre tā pio ac iusto bello, ut iunctis uiribus, omnē  
colluuiē barbarorū ex his tuis finibus eliminemus. Nul-  
lū em̃ apud me dubiū uertit, si tuo Marte agēdū erit,  
facile hanc orā ex manibus iniuste occupantiū uindica-  
bimus. Qd̃ breui futurū, modo fata sināt, tuæ auitæq;  
uirtutes, ac genitoris tui præclara facinora admovent.  
Nunc ad institutū pergamus.



9  
ERASMI STEL

LAE LIBONOTHANI DE BORVS

SIAE ANTIQVITATIBVS

LIBER PRIMVS.



ORVSSIA VLTIMAE  
Germaniae ora à Vistula a  
mne, quem ad occidentem  
terminum habet, incipiens,  
sinusq; Baltici maris, qui  
septétrionale latus eius am-  
biunt, percurrens, orientale  
solem ab Alanis excipiens,  
montibus Amaxobijs au-

strale latus eius obtegentibus, à quibus continuis syl-  
varum iugis determinatur. Fuit hæc terra diuersis ha-  
bita cultoribus. Nã ut Gordanus Gotthus scribit, nu-  
per Hulmigerij Germani eam tenuere, à quibus aliquã  
diu Hulmigeria dicta, hodièq; ea pars quæ Vistulæ ac-  
colit Culmigeria p Hulmigeria uocitatur. Sed hij per  
Gotthos quàm primũ ex Scandania in continentem  
descendissent, inde pulsi. eam: ut is ait: occupauere: Pto-  
lemæus aut uetustiores incolas recensens Gotthones,  
Venedos, Stagnanos & Sargatios, Sudinosq; his lo-  
cis insedisse scribit, qbus Gelidanos simulq; Gillones

b Vacinos

Vacinos & Charinos, quos ipse Charionas nominat, addit. finesque ad Amaxobios usque protēdisse indicat. Ad Vistulam uero pauciores sedisse cōmonstrat. Nā Finnos cum Venedis & Sulones duntaxat hanc oram habitasse ait. Hos autem populos nullo alio quodam cōmuni nomine dignatur, forte quia non unus populū, nec in unū concessit nomen. Verum Cornelius Tacitus diligentius hæc loca conquirens ipsa Germaniæ prorsus adscribit, quācūque promiscue Sarmatis Germanisque populis habitata asseueret. Venedos enim Germanis cōnumerandos censet, quod & domos fingūt, & scuta gestant, peditum usu ac pernicitate gaudent. Quæ omnia diuersa Sarmatis extitere, in plaustris solummodo, ac equis uiuentibus, quācūque & ipsi ex Sarmatarum moribus traxerāt quod uicinos latrocinio infestarent. Quicquid enim inter Peucinos, quos quidem Basternas dixere, sylvarum ac montium erigitur, latrocinio pererrauere. Erant autem Peucini & Basternæ, ut Plinius testat, cōtermini Dacis, sermone, cultu, sede, ac domicilio Germanos referētes, multa tñ foeditate Sarmatarū cōtacti. Nā & cōnubijs pmiscuis utebātur. Et proceres eorū pari forde, ac plebs torpebat. In dubiū Tacitus uertit: Sarmatis ne an Germanis ascribant: uerū hæc loca hodie Poloniae ascribuntur. Plinius tamen ipsos Germanis cōnumerat. Cui & Varini & Gothones Germani sunt, ex Vindelorū genere. Ultimo autē regionem

regionē Borussij intrauere, populi qui Ptolemæo teste, ad Ripheos mōtes, ubi in septentrionē fufius excurrūt, nec longe qua Tanais ex eis erūpit sedes habuere, q̄ in felicitate sua cōciti (ppetuis nāq; niuibus algoribusq; illic terra riget, ad omnēq; naturæ ministeriū damnata est) ad nouas sedes capessendas patriā egressi in hac loca delapsi sunt. Quæ tū soli fertilitate, tū pascuorū, lacuumq; amœnitate ipsis, quū primū placuere, nec nō ultra progressi sunt, hic sedes unanimi consensu sibi desu- mentes, utq; ac posteris perpetuo essent duraturæ, terram uocabulo gentilitio Borussiam appellauere: quæ usq; hodie unius literæ suppressione Brussia uulgo dicitur. Hæc est uera huius gentis origo. Et cæterum quicquid dicit, perinde ac anilem fabulā habendū esse cen- seo. Facit istius rei fidē permaximā, quod usq; hodie populi ad Ripheos habitātes eodem paricq; sermone quo hij utuntur. Borussij uero sedibus formati, terrā cultoribus uacuā (Gotthi em̄ populariter eā excessere) nullo repugnante facile occupauerūt. citra eam portio- nē, quæ ad Vistulā est, Hæc adhuc à paucissimis Ger- manis tenebat, propagātes igitur sese à Chrono flu- mine usq; in contingentiā Hulmigerorū, quæ nun- cupatio post pulsos p̄ Gotthos ueteres colonos è me- dio orā huic regioni accōmodari cœperat, noie suo bre- ui cæterorū hic habitantiū noia obfuscauere, quod for- te euenit, quia Borussij cōterminis gentibus, puta Ger-

manis, notiores exitere, uel q̄ multitudīne suorū, amplāq; ac spaciōsa orā occupatione, ipsos etiā indigenas superarūt. Terrarū nāq; limites p̄ nutu potētiorū saepe numero noīa sortiūtur. Duratq; hodie ea nuncupatio, quod hīj ex Germanis uel Vistulā, uel illic maris tractū accolunt Borussij uocentur, qui tamē cum illis ipsi praeter cælum commune habeant nihil, iustiusq; Borussies nuncupandi forent. Terrā hāc Borussij undiquaq; fœcundam longe latēq; incolentes, ipsam tamen minime excoluere, uel ob ignorationem rei rusticæ, uel ne bonitate soli deprehensa, & ipsi finitimorū metui obnoxij fierent, indēq; eliminarentur: uel quod uictum ē terranaſcentibus nondum nouere, carnibus nāq; ferinis & quidem crudis pro cibo, lactēq; pro potu uelcebantur, quandoq; etiam sanguine equino mixto, & eo usq; ad ebrietatem. Domos non fingeabant, sed specubus & arborum subere: unde etiam Subaria dicta cōperit̄, ab imbribus & algoribus sese ac infantes p̄texere. Nulla eis sacra aliquamdiu fuere, tandem in eam deducti infaniam, ut serpentes, ferasq; & arbores religiose colerent, ceu de his in subsequētibus dicemus. Nō leges, non magistratus nouere, tantum cuiq; licuit, quantum audebat: nihil à feris uita illorum distabat. Erga tamen naufragos, aut maris tempestate iactatos, humaniores, & illis ipsi undiquaq; auxilio fuere: in reliquis mira fœditas ac fœda paupertas. Nā eis, nec arma, nec

ferrum

ferrum fuerat, si quando ad prælia inter se concurrerēt, sudibus præustis & perticis utebantur. Non autē multi effluxere anni quū Germani Hulmigeriam incolentes resumptis uiribus: nam per Gotthos multū attritæ fuerant: accitisq; trans Vistulam socijs qui amne lintribus transmissis eis cōsedentes, & iunctis uiribus cōtra Borussios bella parant, penitiora quoq; regionis ingressi, quotq; Borussiorū offenderant, aut in seruitutē acceperāt, aut retrocedere coëgerāt. breuiq; sese suosq; à metu barbarorū asseruere. Borussij uero q; à Germanis finitimis tutiores forent, se cum Sudinis, qui ultra Chroni fluuenta sedes habent, eiusq; regionis aborigine creduntur, societatem iniere, qui tum uirtute & potentia plurimum pollebant. Est autem Chronus fluuius, qui hodie Pergulus dicitur, quem in finibus Borussie ortum brumalem uersus, multi lacus eodem ferme loco se mutuo influētes efficiunt. Qui Borussios à Sarmijs primū, ut Strabonis nomine utar. Deinde à Sudinis disternat, populis etiam Romanis armis tētatis magis q; uictis, A Druso enim Germanico, testante Plinio, dassibus oppugnati sunt: Qui primus Romanorum ducum, septentrionalem oceanum ingressus est. & post eum, Domitianū Cæsarem in expeditione quā contra Sarmatas, quod legionem cum legato necarāt, instituit, ob succinum, quod abundantius Barbari illic inter maris eiectionia, soli omnium gentium exceperere,

bello petiti sunt, sed se magna eius rei propter quā peti  
 se senserant copia: Succini scilicet, redimentes, illacessiti  
 remansere. Sed hic de Succino obiter dicamus, abūdat  
 enim eo hæc ora, quæ quasi peninsula est ob sinuosos  
 flexus maris, terramq; spaciose in freta excurrētem, in  
 quā ui tēpestatū id ipsum aduehitur, id olim à Germa  
 nis Glessum dictū est, ut eruditi scriptū reliquere. Inde  
 Glessaria regio ipsa à Romana militia nūcupata, & ab  
 alijs Subaria à subere, cū patrio noie Sudinia uocetur.  
 Ab eruditis ꝑo Austrasia. Succinū etiā Sualternicum  
 Scythico uocabulo barbari appellāt. Vbiuis autē loci  
 Succinū gignat scriptores nō cōueniunt. Præter em̄ ea  
 quæ fabulose de ipso in Phaëthōtis fabula ꝑdita sunt,  
 Pitheas Gotthonibus Germaniæ gentis accolis æstua  
 riū mētonomō nomine esse ait, ab oceano stadiorū sex  
 miliū, ab hoc diei nauigatione insulam abesse Abalū,  
 ex illa uernis fluctibus Succinū aduehi, & esse concreti  
 maris purgamentū: incolasq; pro lignis eo uti dicit, ꝑ  
 ximisq; Teuthonis uendere, huic & Thimæus assentit,  
 sed insulam Basiliam uocauit. Nitias aut solis radio  
 rū succū esse uoluit, hosq; circa occasum, ut ipse credit,  
 uehementiores in terrā actos, sudorē pinguem in eam  
 partem oceani relinquere. Deinde æstuatē mari in Ger  
 mania litora eijci. Mithridates in Germaniæ littorib;  
 insulā esset asserit, uocariq; eā Cedron, cedri genere syl  
 uosam, inde & in petras defluere, Cornelius Tacit<sup>9</sup> Ef  
 fluorum

fluorē gentē qui dextro Suionici maris alluūtur, nūcq̄  
 Liffom uulgo nominant, ipsum legere inter uada ac cæ  
 tera maris eiecitia ipso littore asserit, quod & hodie  
 fieri cernimus. Quidā nostri tēporis experti, ipsum è li  
 mo quorundā montiū, sole excalescente fluitare existi  
 māt, in herbidóq̄ solo, atq̄ algido, quod his mōtibus  
 subest, indurari: oceano illic efferuescente inde rapi, in  
 pximáq̄ littora expelli. Indiciū istius esse quod ipsum  
 aliquādo ex solido eruit, quod & ipsi uidimus, q̄q̄ ce  
 rea mollitē & penē lentū sit, ob id ipsum mari denuo  
 immergūt, cuius rigore lapidescit. Hanc uero opinionē  
 neq̄ omnino astruere, neq̄ refellere in animo est. Q̄  
 aut̄ hos montes nominatim nō adūt, mihi suspiciōē  
 incertitudinis facit. Plinius uero naturā fidissim⁹ inter  
 pres Germanici Cæsaris classibus bellū, ut dictū est, in  
 septentrionali oceano gerentis experientia innixus, tra  
 dit Succinum gigni in insulis septentrionalis oceani,  
 ipsumq̄ nasci defluente medulla ex pinei generis ar  
 borib⁹ (ceu em̄ resina in cerasis, ita & in pinis humoris  
 abūdantia erumpit) densariq̄ rigore maris, eo intume  
 scente ex insulis rapi certóq̄ littore expelli, ita inuolutū  
 herbis ut ex his pendere uideatur salo expui, Succū ue  
 ro arboris esse, ipsūq̄ primū liq̄dū distillare, argumen  
 to sunt quādā intus lucētia, ut formicæ, aut apes, etiā la  
 certa, cæteráq̄ id gen⁹, quæ adhæsisse musteo nō est du  
 biū, indurescēte uero hūore inclusas remanere, Pineæ  
 autem

aūt arboris indicio est, pineus in attritu odor, & quod  
 accensum tedæ modo fragrat. Rude est informeq; ac  
 glebæ simillimū, dū ex aquis excipit, corticibus, ac alijs  
 rebus sibi inhærentibus, ob id diu incognitum barba-  
 ris, inter maris quisquilias iacebat, Germani id ipsum  
 primum nouisse tradūtur in Pannoniāq; ad Carnūtū  
 oppidum aduexisse, inde Veneti ipsum accipientes, pri-  
 mum rei famam fecere. mox proximi Pannoniæ circa  
 Adriaticum mare Trāspadaniq;, quorum agrestes sce-  
 minæ monilium uice & decoris gratia succinum gesta-  
 uere. Hinc natam fabulam de Pado omnibus notam  
 credimus. Eius esse genera quàm plurima constat, can-  
 dida sed odoris præstantissimi sunt, quibus diu minus  
 precium erat, hac uero tempestate & fulua & cerea mer-  
 cede præstant, ex fuluis etiā translucentibus amplior  
 erat autoritas præterq; si nimio ardore flagrent, ima-  
 ginem enim igneam non ignem inesse placet. Summa  
 laus Phalernis tum fuit, à uini colore dictis, molli fulgo-  
 re conspicuis, id ab aliquibus Chrysolectrum dici com-  
 perimus, quasi coloris aurei, rapacissimum id est igniū,  
 & si iuxta fuerit celerrime ardescens. Sunt in quibus de-  
 cocti mellis lenitas placet. Domitius Nero Romanus  
 imperator, capillos coniugis suæ Poppeæ, in hoc no-  
 men adoptauerat, ipsos quodam carmine Succinos  
 appellādo. Ex eo tertius hic colos à matronis expeti ce-  
 pit in capillis. Dum quoq; is gladiatorum munus Po-  
 Ro.



Ro. exhibiturus esset, Iuliano quodam equite Romano id curante, ad ipsum comparandum misso, qui hæc littora peragrauit, uidit, ac cōmertia tentauit. Tantāq; copiam Romam inuexit, ut retia in uenatione publice ædita, eo nodarentur, armáq; & librilla, totusq; simul diei unius apparatus è Succino esset, uisa tunc fuit gleba xiiij. librarum. Solinus tamē refert id Succinum à rege Germaniæ Neroni dono datum, cui sententiæ magis accedo. Tanta fuit eius, ut eruditi scriptum reliquere, in delitijs taxatio, ut homines q̄uis parua effigies uiuorum hominum, uigentiumq; precia superaret. Cūq; in alijs ad luxuriam quæsitis ostētatio & usus placeret, ceu in Corinthijs æs auro argentōq; mixtum. in cælaris ars & ingenium. Vniones quod capite: gēma quod digitis circūferuntur. In Succino, ut Plinius inquit, tantum deliciarum conscientia luxuriāq; expetita est. Est usus eius multiplex in medicina. Nam ab infantibus pro amuleto gestatur, contra lymphationes, & noctis metus cuiq; ætati prodest. Vrinæ difficultatibus potum alligatumq;, quod Chrysolectrum uocant collo alligatū, mederi febribus Callistratus pdidit. Tritū cū melle ac rosaceo, aurium uitijs, & si cū attico terat̄ oculorū caliginē remouet. Stomachi etiā uitijs uel per se farina eius sumpta, uel cū mastice ex aqua pota, qđ de cādidis maxime crediderim. Tonsillis quoq; resistere creditur, & faucium uitijs, ob id mulieres Padanæ ipsum

circa colla longo sæculo gestauere:uario genere aquarum  
 iuxta illos infestate guttura ac carnes uicinas. quod ho-  
 die Turcarum equestres copiae in eqs suis obseruat. Neo-  
 tericorum pariter experientia ad citados partus candida  
 operari depromit, notissimum id Germaniae mulieribus.  
 calculos quosque uesicae & renu, eo poto elidi, euocarique quos  
 plurimi testantur. Venena, pestilentemque aerem eius ni-  
 dore fugari compertum est. Distillationes quoque sisti,  
 uulneratis si in potu sumperint, prodest. Malagmatis  
 ob id etiam assumuntur. Verum & hoc notum fieri oportet.  
 Succinum quocumque libeat colore tingi haedorum  
 seuo & Anchusae radice, quippe etiam ipsum cochylis in-  
 ci tradunt. Quae uero traslucida sunt, ad gemas adulte-  
 radas magnam habent uicinitatem, & maxime ad Ame-  
 thistos. politur Succinum adipe suis lactantis incoctum.  
 Rameta eius oleo addito dilucidius ac diutius flagrat  
 quam lini medulla. Notissimum cuique est quod attritu digi-  
 torum calor is ui accepta, attrahunt ad se paleas & folia  
 arida, ut magnes ferrum. Visum esse quidam retulere  
 quod aeris etiam ferri laminas attraxerit. Ego glebam  
 uidi cui ferrum quasi adnatum inhaeserat, quod ui sua  
 forte attraxerat. Multi tentauerunt Succinum flexile,  
 ac ductile reddere, sed nequicquam cessit, mirum cum ni-  
 mia humida & succulenta prodeat, uti indicauimus.  
 Haec tumultuarie de Succino, Sudinorum opibus, di-  
 cta sint, propter quas saepenumero ab exteris gentibus  
 bello petiti

bello petiti. Sensere nanque præter Rom. arma, & Sas-  
 sonum Angliam occupantium oppugnationem, à qui-  
 bus se terra & mari impigre defensarunt. Habuere e-  
 nimuero hîj populi, ut de moribus eorum aliquid  
 transeunter dicam, regulos suos quorum legibus ob-  
 temperabant, agrosq; coluere, & commercia nouere,  
 Vestium cultus apud eos fuit, ut mares lanea, fœmi-  
 næ linea tunica uterentur, circuloq; ex ære uel orichalco  
 colla circumdabant, Auribus etiam crotalia suspende-  
 runt: rem friuolam, quod tamen necq; hodie desitum,  
 Domos in uillarum modum extructas inhabitauere  
 uicosq;, ac sine muro & uallo omnia, quod forte ab ex-  
 ternis, ipsos commercij gratia adeuntibus didicere, alio-  
 quin alienum à Sarmatis. Sed ut ad Borussios repe-  
 demus, societatem cum Sudinis eos inijsse diximus ob  
 Germanorum finitimorum metum. Nec à Sudinis  
 aspernati sunt. Verum eorum potentia adiuti, & con-  
 tra quosuis conterminos populos tutiores facti. Ali-  
 quando in sua fœditate degerunt, de qua post hac.  
 Nunc de cæteris Borussiae rebus æditis prosequamur.  
 Generat & terra hæc feras multijugas, eas etiam nec  
 alibi cognitatas. Præter enim ursos, apros, ceruos quibus  
 abundat, Vros excellenti ui & uelocitate profert, qui  
 uastitate corporis parū infra Elephantū sunt, eaq; fer-  
 rocitate, ut necq; homini, necq; feræ si quam cōspicati fue-  
 rint, parcant. Cornutūq; id animal est, eius cornuum

magnitudo tanta uisa est. ut urnas binas unius capitis cornua, ut Plinius testatur, impleuerint. Barbari ex his potant, argēteo circulo parte qua labris admouetur cit cūducto. Sunt enim caua & in mucronem demū cōcreta. Alij pila his præfixa cuspidant. Romani in laminas ea secabant, ut lumen quod his includebant latius funderent, ipsi sc̄q̄ pro lichnuchis, ac laternis usi sunt. Qui sese uenatione eorum exercent, si plurimos interfecere, relatis in publicum cornibus, quæ testimonio sunt, magnam laudem adipiscuntur. Soliti erant antiquitus caueis ad hoc ex opera factis eos capere, captos sc̄q̄ iugulare, forte quod ea tempestate ferro caruere, sed eo mortis genere, feram tam insignem posteriores ætatis iuuenes præcipuæ uirtutis & audaciæ interire indignū censentes, ob id canibus ipsos insequi placuit, uenabilis sc̄q̄ cominus, ac eminus petere, arboribus sese robustioribus semper condentes, ne & ipsi à fera rursus impeterent, quæ cornibus arbori insertis, uindictæ auida, inhæret, donec insequentium telis faucia concidat, tali morte feram dignantur atrocissimam. Fera hæc sub mento uillos longiusculos habet in arunci speciem, cæteris tauro persimilis existit. C. Caligula Ro. Imper. primus Romanæ Vros in arena ostēdit, quos tum imperitum uulgius bubalos falso credidit. Gignit hæc terra & Bizōtes iubatos, qui è boum syluestrium genere sunt, sed nostra ætate admodum infrequentes. Aiunt hos solipedes. mat

des, maribusq; ac sceminis iuxta iubas cornua, eadem utriq; forma & magnitudo, colore quoque & specie haud dissimiles tauro sunt. Aliqui ex horū genere Vni cornes perhibentur: quod uerum sit, nec ne incomper- tum habeo. Plinius tamē Indicos boues syluestres uni- cornes, triconesq; esse scripsit, ob id non incongruens uideatur eos & alio loco nasci, uerum esse alterius gene- ris à Bizonte suspicandū est. Tale forte est cornu quod hodie in Archiuo Protomagistri integrū custoditur, ac Monocerotis asseritur, quum nigrū illud sit, hoc ue- ro luteum conspicitur. Sunt & in ea regione greges fe- rotorū equorum, quos Græcia non uidit, nec Roma- nus, quapropter alio uocabulo nominari nō possunt, Hī cicuribus equis omnino similes extāt, præterq; q̄ dorso molliori sunt, ob id nec usui apti. Dicuntq; ipsos nequaq; mansuescere posse. Carnibus eius incolæ etiā hodie uescuntur, quas non insuaues asserūt. Gignit & Alces (quos falso syluestres asinos quidam autumant, quū hos Asia tātū ac Africa procreet) specie media in- ter ceruinam & iumentū, nisi quantum aurium proceri- tas, ipsaq; ceruix distinguit, Magnitudine inter camelū & ceruum, maribus in supercilijs cornua nascūtur, quæ quotannis amittunt, latiora quā ceruinis, ramosa ta- men & per totum concreta ac solida, Ungulæ bifidæ co- lorēq; ceruum imitatur. Venatorem è longinquo sen- tit, animal certe simplex, & quod plus latebris q̄ fugæ

fidat. Si uicaniū urgetur, magis in canea se calce quā  
 cornibus tueatur, in locis palustribus sese plurimū con-  
 dit, illic & partus ædit suos, formidinis eius argumentū  
 esse aiunt quod rarentur solitarius, in armento multū  
 appareat. Ungulis eius comitalem morbū, & iam spu-  
 mantē abigi creditū est, si cute attingitur. Hallucinati  
 sunt qui Alcem nullo suffraginū flexu dixerunt, neq;  
 quietis causa procumbentem, uerum accliuem arbori  
 somnum capere, quæ ad insidias à uenatore incisa ferā  
 unā affligit, ac concidit. Quod & pascendo retrogradi-  
 tur ob superius labrū prægrande, quasi p̄grediēdo pa-  
 sci nequeat. Quæ singula non de Alce, sed de Machlin  
 fera, illi haud dissimili, quam Scandaniā mittere ali-  
 qui p̄didere, dicta sunt. Habet & syluas incæduas un-  
 de uis ingens lignorum, & ad naualem usum, & dome-  
 sticum conuehitur. Teretūq; arborum ad malos uan-  
 nium accōmodam, quæ inde in remotissimas oras de-  
 feruntur, habent & syluæ præter id suas diuitias, unde  
 quasi sponte compendiū non modicū incolis puenit.  
 Apum scilicet ingentē multitudinē, quarū alueos ceu  
 natiuos intra arbores ad hoc cauas cernere est. Ex quib;  
 tanta mellis & ceræ copia prouenit, ut Germaniæ  
 Britanniæq; ac cæteris adiacētibus insulis cōmode ha-  
 rum rerum usum suppeditet. Nec apiarū arte uel indu-  
 stria examina illic curant, nullis em̄ satorū floribus, aut  
 herbis ipsa inuitant, nec si longius euolant reuocant. E-  
 frondibus

frondibus & syluestribus floribus succum contrahunt,  
 quo opa cōficiunt sua, quæ cōpendij ingentis argumē  
 to sunt. Præter illa & pelles quasdā non ignobiles mit-  
 tunt hæ syluæ, quæ uestium ambitis principum homi-  
 num subduntur. lectorum etiam stragula ex his consu-  
 unt. preciōq; ingēti uendūt, has olim pelles ouinæ uel  
 leris commutatione mercatores ab incolis receperunt.  
 Gaynos barbari uocant ea animalia, Germani Mar-  
 tes, Emustelarum syluestrium genere, ab aliquibus  
 historiam naturalem commētantibus, esse scribuntur.  
 Piscationes quoq; diuersis in locis non incōmodas ex-  
 hibet. Nam pisces omnis generis, tum ex lacubus  
 tum ex æstuantī mari illic prendunt, ceu Psit-  
 tas, Soleas, Lingulas, Rumbos, Trossul-  
 los, Mullos, Afellos, Salmones, Mari-  
 nos canes, & id genus alios. Anguil-  
 las præter ceteros numerosio-  
 res, nec de his incolæ uescū-  
 tur, nisi qd' sole aëréq; sic  
 catū tosturnq; sit, Sed  
 ad alia pergamus,  
 Hæc ad loci si-  
 tum, ac ter-  
 rarū prouentū, uti anti-  
 quitas possedit tradita sint.

LIBRI PRIMI. FINIS.

ERASMI STELLAE LIBANOTHANI DE  
 VETVSTATIBVS BORVSSIAE  
 LIBER SECVNDVS.



EMPORE QVO VALEN  
 tinianus Romanis impera  
 uit, Alani populi Septétrio  
 nales Borussijs contermini,  
 contra Rom. Imperium ar  
 ma sumētes, post diutinas  
 in imperij fines excursiones  
 à Sicambriis cōpressi sunt,  
 quo bello Sicambri sibi &  
 posteris libertatem pepererunt. Alani qui cædi super  
 erant, pars per imperij terminos delapsa Hispani  
 os usque peruenit, ubi se Gotthis illic belligerantibus  
 iunxerant, qui tandem sedibus ibidem sumptis, se  
 confusaneo duarum gentium uocabulo Gotthiala  
 nias appellauere, quasi Gotthorum & Alanorum se  
 des. Pars uero imbecillior quæ domi remanserat, ac cæ  
 de patrata patriam repedauerat, exuta præcipue iuue  
 tutis manu, sibi non satis in sedibus proprijs fidens, cū  
 uxoribus & filijs, omniq; seruitiorum multitudine, ad  
 Borussios conterminos secessit. supellectilem, tū omnē  
 secum in carris ac plaustris trahens, tum etiam pecora,  
 quorum prouentu hæc gens plurimū uictitat, uniuersa  
 ac sese Borussiorum fidei & tutelæ commiserant. Nec  
 ipsi à



ipsi à Borussijs repulsi, quod eorum multitudine adau-  
 cti, facilius quibusuis populis resistere posse crederēt,  
 etiam tum magis Germanos formidabant, qui peni-  
 tiorem Vistulæ ripam accolebant, ipsosq; sæpiusculè à  
 suis, quæ possederant locis, disturbarunt. Concesserūt  
 itaq; Alanis cohabitandi ius, qui rursus Borussijs mu-  
 lierum suarum coitus permiscuere. connubia enim nul-  
 la habuere, sed ut quisq; in mulierem incidit, ea ad Ve-  
 nerem uti licebat, qua re breui in eam multitudinē co-  
 aluere, ut quoscunq; contingentes populos superarēt,  
 Ex ea tandem multitudine cœperunt inter sese angu-  
 stia finium premi, utcunq; enim placuerat, ac commo-  
 dum quisq; ratus, tantum terræ sibi equisq; desumpse-  
 rat, unde rixis uarijs inter se dissidere cœperant, quæ  
 plerumq; cædibus transigebātur. id populū hunc agre-  
 stem intra se discordem, in eo concordem fecit. ut de re  
 ge sibi constituendo cōuentus agere cœperunt. ubi p-  
 ruditate populi uaria undiquaq; ea de re dicta agita-  
 tāq; sunt. Viduutus Alanus qui cæteris & dignitate &  
 uigore animi præstabat (magna enim seruitiorum clas-  
 se abundabat, unde etiā sibi in alienis terris autoritatē  
 non modicam acquisiuit) inquit, Ni o Borussij apibus  
 uestris hebetiores essetis, de hoc quod inter uos agita-  
 tis, dissidium nullum esset. Has enim regem habere ui-  
 detis, cuius imperatis obtemperant, qui opera eorum  
 dirigit, singulas ad labores idoneos deputando, qui &  
 d inobedien

inobedientes castigat, inertesq; foris aluearia propelli  
 iubet, cuius hortatu omnes in labore perdurant. ope-  
 raq; sua perficiunt, uos qui hæc indies uidetis, illas se-  
 quamini duces, & regem uobis constituite, eiusq; uolū-  
 tati obsequimini. Ille rixas inter uos dirimat, cædes ulci-  
 scatur, furta puniat, innocentiã tueatur. Is solus in omnes  
 sine ulla exceptione ius dicendi potestatemq; habeat.  
 Eius dictis cuncti, ingenti sublato clamore assensere.  
 An ergo nobis eris Biotterus, quod ipsoꝝ lingua apū  
 regem significat. Is nec uocem aspernatus omniū ore  
 rex salutatus est. Mirāda mortalibus gloriæ cupiditas,  
 qua humilis quisq; se dignū fastigio regio existimat.  
 Is usq; in eū diem pari sceditate qua cæteri humi uitā  
 trahens, unica populi exclamatione tam rudis & incul-  
 ti, regem agere cœpit. Nec ei regius animus defuit. Nā  
 q̄ primum à plebe maiestate regia secretus fuerat, non  
 alio animū applicuit, q̄ ut apū ducē imitaretur. Qua-  
 re in primis palantē populū certis finibus instar exa-  
 minū indusit, quæ peculiaribus aluarijs labores suos  
 perficiunt. Operaq; agrestia exercēda monuit, & pro-  
 ut loci situs admittebat peragenda, puta ut hij terram  
 colerent, semētāq; spargerent, ac arbores cōsererent, illi  
 uero apum compēdio insisterent. alios pecori, alios pi-  
 scationi deputans, legesq; cōdidit, quibus futuris finitū  
 angustijs prouidere se credidit. In primis ne quispiam  
 paterfamilias pluris partus aleret, nec etiam seruitia, q̄  
 pro labori

pro laboribus suis explēdis sibi sufficerent, ceteros aut uenundaret, aut necaret, ne quis paterfamilias partus inutiles, mancosq; ceu ad labores inefficaces educaret. utq; filio parentem senecta oppressum, uel imbecillitate uirium labores non ferentem, impune strangulare phas esset. Utq; pueri non adeo incerto patre nascerentur, coitū promiscuū prohibuit, & sub cōnubij specie instituit, ut quotq; & quācūq; paterfamilias puellā suscipiendae prolis gratia iniret, siue ex seruitijs peculiarib; uel alienis foret, siue ex liberis eā secū suo detineret turgurio, aleretq;. Alieni tñ iuris puellā, nō nisi precio, quasi aere emptā, à quocūq; deduci p. ple. pcreāda inhibuit. Adulteria tamē nō usq; adeo phibuit, sed abigendos moechos potestate castigauit. Quo aut populū hūc ferocē ad uitā pduceret māsuētiore, comesatiōes frequentes & publicas instituit, qbus feros hominū animos demulctos iri credidit, nec in eo hallucinat⁹ est. Nā breui ad eā deuenere mollitiē, ut eos q; cunq; uellet pduceret, hinc hospitalitatē maxime colēdā esse statuit, qā ipsa amicitiae firmissime glutinarēt. Potū ex aq; & melle cōcinnare docuit, q latine Mulsum dici potest, q in comesatiōib; & publicis & priuatis uti cōcessit. cui⁹ dulcore mirū immodū barbari delectati facile ad eneruationē puenerunt. Ad religionē aut se uertēs sacerdotes à Suidinis socijs pplis accersuit, q infana superstitione cōtaminati eos immūda q; aialia, ut serpētes colubres, p inde ac deor; famulos

mulos nuntiosq; religiose colere docuerunt, quos intra  
 domos nutriebat, eisq; ut dijs penatibus litabat. Deos  
 in syluis ac lucis habitare dixerunt, illis uictimis ibidem  
 ut placarentur immolandum esse. Ab his solem pluui-  
 asq; expetendas fore. Sacra eorum aditu aduenarum  
 pollui, nec aliter quam hūana uictima expiari cōstan-  
 ter crediderunt. Feras omnes Alcem præcipue, has syl-  
 uas incolentes, ut deorum seruos uenerandos esse mo-  
 nuerunt, ideóq; ab eis abstinendum. Solem & lunam  
 deos omniū primos crediderunt. Tonitrua fulgetrasq;  
 ex consensu gentium adorabant. tempestates aduertē-  
 das citandasq; precationibus dixerunt. hirco in sacrifi-  
 cijs usi sunt, ob foecundam animalis istius naturā: Nā  
 ad coniunctionem sexuum maxime defertur, sine qua  
 generatio est nulla in animantibus. Præcellentes arbo-  
 res, ut roborā, quercus, deos inhabitare dixerunt, ex qui-  
 bus sciscitantibus responsa reddi audiebantur, ob id  
 nec huiuscemodi arbores cædebant, sed religiose ut nu-  
 minū domos colebant, In eo numero & Sambucū &  
 plerasq; alias habuere. Statuit & dies natalitios & fune-  
 ra pari modo celebranda, mutuis scilicet comelationi-  
 bus & comptationibus, tum lusu & cantu, absq; mœ-  
 rore cum summa hilaritate & gaudio, utq; alterius ui-  
 tæ spem præ se ferrent, illo saltem ostenderunt, quod  
 exutos spiritu, armatos, uestitosq; ac magna supellecti-  
 lis parte circūposita humarunt. Quo more usq; nunc  
 sepeliuntur.

sepeliuntur: Addito etiam potu melleo, aut ex frumētis facto in testaceis uasis. In funebri epulo partem obsonij potusq; uita defuncti manibus libarūt, hodiēq; libāt, pudendo illic Christianorum præsulum dedecore. His & cæteris populo illo instituto religionēq; firmata, Viduutus hanc orā prudenter & quietissime rexit, nullis excursionibus in uicinos populos permissis, nec aliqua rursus ab eis perpeffus incōmoda. Eo uita defuncto filios quatuor sibi superstites reliquit, qui inter se de imperio dissidentes, gentem iam pace diutinæ affuetam, ad prælia mutua suscitabāt. Cōcurrebant ergo inter se multis prælijs, sed senior natu, quia ex matre Alana progenitus, solus Alanorum suffultus auxilijs, Borussijsq; exosus, fratribus qui multitudine abū dabāt cedere cogit. Post multas igitur cædes ex utraq; parte commissas eum statuere dissensionis finem, ut senior natu Viduuti filius ex matre Alana prognatus cū suis Alanis retrogrederetur, auitaq; loca repeteret, his ut posset dominaretur. Terram uero Borussix fratribus tribus ex matre Borussica, ac in solo Borussico natis relinqueret. Accepit cōditionem hanc Litalalanus, ita enim senior natu iuuenis nūcupabatur, Borussiam egressus magno suorum numero. Et quū supra modū aucti essent, pristinas sedes quas uacuas inuenerunt facile implerunt. Ab hoc quoq; eorum duce in posterū, qui prius Alani dicebantur, Litalalani dicti sunt, nunc

d 3      hodie

hodie uulgo Litfani nuncupantur. Qui in Borussia re-  
 mansere terrā secundū capita diuiserunt. Pomesamus  
 qui ex his ætate præcellerat, sorte eam occupauit orā  
 portionē, quæ Hulmigeriæ propinquior est, tum à Ger-  
 manis habitata, à quibus Borussia magis formidabant  
 Sed quoniā Pomesamus strēnuus manu uideretur, ac  
 animo feroci, multitudinisq; admodū studiosus. hanc  
 magis tutari eum posse cōfidebant. Et ipso hæc portio  
 posthac Pomesamia dicta. Alter Viduuti filius Galin-  
 gus nominatus: huic terra, quæ nūc Galingilia nūcupa-  
 tur, obuenit, à quo & terra nomē sortita est. Tertius ue-  
 ro Natangius, Natangiā terram à se nominauit & ob-  
 tinuit. Hæ sunt tres primæuæ terræ Borussiae portio-  
 nes. Nati uero eorū, & nati natorū, iterū paternas diui-  
 dentes possessiones, aliam atq; aliam uarietate nomi-  
 num induxere, ut hñ Barti, alij Naoderitæ dicerent. &  
 qui hodie uetustatis uestigiū retinentes, Varnienses à  
 Varintis dicūt. Eo pacto Viduuti filij inter se imperio  
 diuiso, p sua qsq; libidine, deposito regio nomine, quā  
 tenuit portionē, administrauit. Subinde inter se dissidē-  
 tes, in hoc tamē cōcordes fuere, ut aduersus quosq; suos  
 uicinos, præcipue Polonos & Germanos excursiões fa-  
 cerent, ac eos latrocinij infestarent. Sæpe prædam in-  
 gentē hominū, pecudūq; ab eis agentes, & dū ipsi rur-  
 sus insequerētur, sese & prædā in intimis sylvarum lati-  
 bulis occuluerūt, quod insequentes, ne insidijs circūue-  
 nirentur, retinuit. Ex huiuscemodi deprædatione, quia  
 ducibus

ducib<sup>9</sup> nō tenuis quæstus, plebi etiā uictus obtigit, agri  
 culturā & alia agrestia opa, quæ sub Viduuto exercen  
 da sumpserāt, breui intermiserē: aut eatenus exercebāt  
 quaten<sup>9</sup> necessum uisū est. Ducti lucri, cupiditate ad pri  
 stinos mores latrocinia q<sup>3</sup> q<sup>3</sup> breui reuertētes, Germani  
 eadē cōsulentes, in mediū uocatis in auxiliū Suetiæ regu  
 lis, ij in oceano Germanico siti sunt, à latinis Sitiones di  
 cti, q<sup>3</sup> Ganipoti cognoiebant, q<sup>3</sup> & ipsi Germani essent  
 & rebellica, tū terra, tū mari plurimū pollerēt. qui eis au  
 xiliares copias dactibus traduxere, pluribus ānis cū Bo  
 russijs belligerātes, quo multis trucidatis, atq<sup>3</sup> cæsis, eos  
 ad deditiōē cōpulere. Est usq<sup>3</sup> hodie oppidulū ad Vi  
 stulā cū arce sitū qd<sup>3</sup> Suetza uocat, ubi hī q<sup>3</sup> ex Suedia  
 uenerāt castra sua posuerūt, qd<sup>3</sup> postea in eā munitionē  
 quā uidem<sup>9</sup>, p<sup>3</sup> teuthonicos fratres extructū est, ex quo  
 Borussios rebellātes identidē impugnarūt. Nouē regu  
 los id cōfecisse bellū ānales habēt, sed qua tēpestare, aut  
 q<sup>3</sup> diū durauerāt, nec an simul, an sibi inuicē succedētes  
 id bellū gessere. An etiā Borussios ad tributū pendēdū  
 cōegere nihil reliq<sup>3</sup> est, donec ad t<sup>3</sup> p<sup>3</sup> a Henrici primi patris  
 magni Othonis uentū est. Ea tēpestare barbara gens  
 iterū latrocinio finitimos impetens p<sup>3</sup> Hugonē cognoie  
 Botyrū alias Bructerū, ex Saxonia natū, tū principem  
 Germanorum, Vistulā ex utraq<sup>3</sup> ripa accolentiū, quos  
 aliqui Bructeros fuisse autumāt, seditionibus ex natali  
 solo pulsos, in hæc loca deuenisse, ab ei<sup>9</sup> gētis principe q<sup>3</sup>  
 illic, ut dictū est, imperitabat, Borussij cōp<sup>3</sup> sū a deo q<sup>3</sup>  
 uiribus

uiribus exuti ut pacem longissimam seruarunt. Perma-  
 fere nanq; quieti ad tempus Othonis tertij Imperator  
 ris Rom. Sub id tēpus Borussiorum ferocia retusa est,  
 uiribusq; adeo contrita, ut omnino ab incursionibus  
 cessarent. Sanctus Adelbertus natione Bohemus, sed  
 in Salsonia enutritus, ac episcopus Bragensis, in Bo-  
 russiam cōmigravit, ac gentem hanc à suis erroribus re-  
 uocare conatus est. Sed à Sudinis dum sacra perage-  
 ret interficitur, corpusq; dissectum ante uolatilia pro-  
 jicitur, quod eius hospes colligens, mox reintegravit, &  
 ipsum Cophino trans amnem ad Polonos detulit, ac  
 pro auro tanti ponderis (sed quoniam exiguam diui-  
 na ordinatiōe pendebat) uendidit. Boleslaus Poloniæ  
 princeps ipsum insigni loco ac tumulo cōseruauit. Qui  
 multis clarens miraculis à Datho pōtifice maximo cō-  
 secratur. Dies eius martyrij octauo Cal. maias ab ec-  
 desia celebratur. Tempore quo Conradus secūdus Ro-  
 mano præfuit imperio, Borussij cum Polonis conspira-  
 runt, qui tunc ab imperio Rom. (cui iamdiu subiecti  
 erant) descuerant, ducentq; eorum Bilistaum cum con-  
 iuge sua Gerdrude Leopoldi Austriæ Marchionis fi-  
 lia, pepulere. tributum quoq; quingentarum librarum  
 argenti, ærario publico quotannis debito inferre recu-  
 santes, rati Borussij Polonorum auxilio, facilius Ger-  
 manos finitimos ad internicionem cæsuros. Durante  
 autem hac Polonorum rebellionē usq; ad Federici co-  
 gnomento



gnomento Barbarossi tempora, qui copijs per Ode-  
 rum fluuium traiectis, Poloniam ingressus, urbes quas  
 repugnantes inuenit, expugnat & diripit. Arcem Glo-  
 gam eum subuertisse annales habent. singula igne fer-  
 roq; deuastans. copias quas obuiam habuit ex Borus-  
 sjs, Bossalanis, Tartaris, ac Polonis ingentis multitu-  
 dinis, minimo negocio fudit. Poloni in sola deditio-  
 ne præsidium esse arbitrati. Borussij in fuga salutem quæ-  
 sierunt, quos Imperator insequutus, multis cæsis, mul-  
 tis captis, ultra Vistulam cōpulit. Coacti tum fuissent  
 Cæsaris ferre iugum, ni alio tenus imperij negocijs auo-  
 catus fuisset. Huic expeditioni Ludouicus Thuringorū  
 princeps Ferrei cognomentū sortitus, nō solū interfuit,  
 sed & præfuit, quippe qui duobus milibus equitum,  
 & magno peditum numero sese Cæsari iunxerat, Po-  
 lonis siquidem ad deditio-  
 nem coactis, Bilislaocq; re-  
 stituto, ac tributo duorum milium librarum argenti fi-  
 sco imperiali, & quatuor ab ærario publice pendendū  
 imposto. Germanos qui ultra citraq; Vistulam habi-  
 tabāt, ut tuti ab incursionibus Barbarorum permane-  
 rent, Massobiorum ducem, qui Cæsari consanguinitate  
 iunctus fuerat, in tutelam cōtulit, quod fidelis Rom.  
 imperio semper fuisset, & ex antiquissima Germano-  
 rum Saffonum domo, duceret originem. Non multū  
 tēporis effluxit ubi Borussij infesto agmine finitimos  
 petiere. Primum Massobios, sic quoq; hac ætate uoci-  
 e           tantur,

tantur, qui sese pecunia, uestibusq; multoties redemerat, subinde Germanos uicinos, qui se diu armis, quibus aggre defenderant. Tandem inuocantes fidem Conradi ducis, cui à Cæsare commissi erant, Conradus quoties Borussijs acie occurrit, fugatur, cædit, ac castris exiit. Ob id domestica potentia desperans, auxilium Celestini pôtificis Rom. (quod imperator Henricus, qui Federico successerat, cum magnis copijs in Asiam profectus fuerat) implorat. Celestinus ergo pontifex, ut rebus afflictis succurreret, Christianū ordinis Cisterciensis monachum, in episcopū Borussiae designat. Qui ad Conradum primum ueniens, cōmunicato cum eo consilio, quo gentem tam ferocem ab incursionibus in Christianos prohibere, simulq; ad fidei ueritatē inducere posset, Acciti tū fuere ex Litfonia fratres, milites Christi cognominati, qui unā cum Christiano p̄sule Borussios aggressi sunt, is in uirtute uerbi domini, hi bello & armis, sed omnia nequicq;. Nam semen sacratissimū quod p̄sul spargeret, cecidit in terrā sterilem, & absq; fructu exaruit. Fratres si quos ad deditiōnem receperant, quum primum oportunitate habita, rebellauerunt. Quos in p̄sidijs collocarunt obruncantes. Et quā breui spacio sese à seruitute, quā imposuerant, & p̄sul & fratres uendicarunt. Tandem Christiano p̄sule nihil proficiēte, fratribus partim occisis, partim fugatis, quum & Barbari longo tempore inquietissimi fuissent, è re

sent, è re fore arbitrati sunt pacem, quàm perpetuum bellum, amplecti. fit itaq; pax ex utraque parte, necessaria magis, quàm honesta. Interea catholici suasu præfulis, per Poloniam, ac Hulmigeriam ædes sacras uicacim restitunt, cœnobîa utriusque sexus extruunt, quæ pro sua pietate calicibus, libris, & alijs apparatus ecclesiasticis ornant, atque dicant. Antistites undequaq; ut possunt, ecclesijs præficiunt. Fuit summum Christianis à Barbarorum populationibus ocium. Id populum fidelem in meliorem spem erexit, quare magis, atque magis rem diuinam ampliandam duxit. Sed cuncta Barbari, rupto fœdere, turbarunt. Fœda enim populatione in fines Christianorum effunduntur, longe latèque per Poloniam & Massobiam grassantes, omnia prædari cœperant. Deinde incensis uillis, agrisque uastatis, sacrarijs omnibus spoliatis, atque dirutis (amplius enim ducentis ædibus sacris, perisse igne legimus) Oppida insuper & cœnobîa, quibus singulis euersis & direptis ingentem uim prædæ, tum hominum, tum pecudum, ac tantam omnis generis suppellectilem, quantam nunquàm antea abegerunt. Conradus quum se imparem contra hostem, tam ferocem ac multitudine superiorem uidisset, se ultra amnem in terram Coianorum (qui olim Onomani, hodie Cumanî dicti) recepit. Dum interim

e 2 in Asiati

36 ERASMI STELLAE LIB. II.  
in Asiatica expeditione Ptholemaida uel, ut alij di-  
cunt, Acona oppugnatur: ordo militaris Teuthonico-  
rum fratrum, domus hospitalis, beatæ Mariæ in Hie-  
rusalem humilibus inijtis ortū sumpsit. Per cuius for-  
tissima pectora demum omnis hæc pestis ex Chri-  
stianorū finibus explosa est. Borussiaq; ad  
fidei præcepta colla rigida submitte-  
re Christiano iugo  
coacta est.

ERASMI STELLAE DE AN-  
TIQVITATIBVS BORVS-  
SIAE LIBRI SECVN-  
DI FINIS.

AD INVICTISSIMVM PRINCIPEM FE-  
DERICVM ERASMI STELLAE LI-  
BONOTHANI DISTICHON.

Da Federice tuo genio foueatur, & aura  
Hic liber, & rabido qui uolet ore latret:

Ad eundem

AD EVNDEM FEDERICVM PRINCI  
PEM INVICTISSIMVM ERAS-  
MI STELLAE ELEGIACVM.

Diuitias Federice tuas hic collige princeps,  
Quas habet arctoi Brussica terra poli,  
Scilicet Heliadum lachrymas Phaethonta querentum  
Audax q̄ patrios flectere tentat equos.  
Par nec erat loris, placuit tamen ire sub axe  
Aetherea, atq̄ genus testificare deum.  
Nescius ipse uia perdit conamine uires,  
Mox ruit è curru lapsus in alta freti.  
Hunc iuuat aeternis lachrymis fleuisse sorores,  
Sed pius in lenta Succina fletus abit.  
Has fert undisonis Tethys tibi fluctibus, illum  
Testantes casum ruptaq̄ lora ducis.  
Munera clara deum uarijs quæ uultibus ornat  
Mille gerens formas Proteus ille senex.  
Hinc quædam radiant auróq̄ simillima fuluro,  
Et lunæ niueam sunt imitata bigam.  
Lacteus est alijs candor, croceo igne coruscus  
Hiblæi retinent mellis & illa decus.  
Indiæ opes superant hæc, & Gangetica donâ.  
Et quod mollis Arabs, Scythis habetue rapax.

e ; Terra

Terra nutrit syluas, sunt hæc stabula alta ferarum,

Siue uelis Vros siue Bisonta magis.

Hic nusq̃ notus, bene tornus nascitur Alces,

Atq̃ feri armenta conspiciuntur equi.

Quiq̃ sua pelle est gratus uestire Gainus,

Membra uirûm, rigidum pellit & inde gelu.

Hæc ubi legisti, Stellæ Federice memento,

Brussica qui cunctis gesta legenda dedit.

HIERONYMVS EMSERVS

PRESBYTER AD ERAS

MVM STELLAM.

Aptius haud poteras uel conuenientius ullum

Fingere, q̃ Stellæ nomen Erasme tibi.

Nam ueluti Stellis atræ caligine noctis

Omne micat cælum, lucet uterq̃ polus.

Sic res Brutenæ tenebroso carcere dudum

Inclusæ, clarum te recitante micant.

BASILEAE APVD

IOANNEM FRO/

BENIVM MEN

SE MARTIO

A N. M. D.

XVIII.



IO.

FRO.

AN  
M II A  
Epistolae  
Germanicae  
ditione  
C



TYM  
Catares M  
9  
HAG A



D. E. L. t  
Alca feram  
agis  
r Alca  
r equi  
bainus  
& inde ga  
ento,  
nda debi  
  
SERVI  
ERAS  
A.M.  
citus cultu  
fme tibi  
betis  
rçp polus  
dadum  
icant.

B A  
I

mm 0 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200  
inch 0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11  
Patch Reference numbers on IJT

4.5 5.0 5.6 6.3

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 490

the scale towards document

D

